Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Postilla super Osee, Iohel, Amos, Abidiam, Ionam, Micheam, Abacuk, Sophoniam, Aggeum, Zachariam, Malachiam, Thobiam, Baruch cum epistola Ieremie, Iudith, Machbeorum I. II, libros Sapiente, ...

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Postilla super Iohel

urn:nbn:de:bsz:31-87081

Visual Library

mito peccatorum ad gloriam dei tedet
et electorum qui cum eo regnabunt in
secula seculorum amen

Explicit postilla magistri nicolai de lira
super osee prophetam

Incipit iohel propheta capitulum primum

Incipit Iohel propheta. Cap. j.

Verbum dei. Hic in principio cum iohelis prophe-
sunt duo premittenda primum est quibus
prophetauit. Et dicit ieronimus in primo prologo
super hunc prophetam quod prophetauit ad tribu
iuda et ierusalem et nulla mentio fit de de-
cem tribubus mentione. Item ieronimus in epistola
ad paulinum de studio sacre scripture seu de
omnibus diuine scripture libris dicit contra
sic dicens Iohel filius fatuel describit
terram decem tribuum eruca bruco locusta
rubigine vastante consumpta propter quod
de eius dicto salua sui reuerencia parum
videtur concedendum in proposito. Et ideo videtur
dicendum quod prophetauit non solum contra duas
tribus sed etiam contra alias x dicendo. Quia
hec sterilitas terre ex diuina concessione fuit
in diebus yoram filii achab. Et de quo hi-
iiij regum. viij. Et quia hec fuit fames in iuda
quod septem annos sicut denunciauit heli-
seus mulieri cuius filium suscitauerat iiij
regum viij propter quod illa mulier cum filio
suo iuit ad peregrinandum extra terram x
tribuum scilicet in terra philistinorum ut ibidem
habetur. Erat etiam apud de decem tribubus propter
quod in suo reditu accessit ad regem

isrl' petens agros suos sibi restitui qui
in eius absencia tanto tempore fuerant ab a-
liis occupati ut ibidem dicitur Et sic patet
quod illa fames non solum fuit infra duas
tribus sed etiam decem quod constat quod aliqui
expositores catholici secuntur hanc sententiam
quam etiam intendo sequi ¶ Secundum est
quo tempore prophetauit. De quo dicit Ieronimus in
prologo quod prophetauit hiisdem temporibus
quibus et osee scilicet temporibus osie ioatham
achaz et ezechie regum iuda et secundum hoc
dictum prophetauit post dictam sterilitatem
Quia ozias incepit regnare per plures
annos post mortem ioram regis isrl'
ut patet ex iiij Regum et secundum hoc dictum
Johel non prophetauit de vastacione terre cau-
sata ab eruca bruco etc. sed solum de
vastacione per illa significata que facta
sunt postea per quatuor regna ut ple-
nius dicetur infra eodem capitulo Ra. salo.
dicit quod prophetauit tempore ioram regis isrl'
circa quod sicut heliseus pronunciauit famem
futuram circa quam ipse compressit modicum
vomendi scilicet per decoctionem eruce bru-
ci etc. Et quia hic modus videtur
improbabilius intendo aliud sequi tum
propter iudicium alterius hiis agitur proces-
sus ad litteram accedamus que in duas
partes dividitur scilicet prohemium et
tractatum qui incipit ibi Residuum In
prologo illo propheta primo notificatur ex
nomine cum dicitur Verbum domini quod factum
est ad iohel et ex progenie cum dicitur Fatuel fi-
lium et fuit ipse propheta sicut et filius
secundum regulam hebreorum quam posui in
principio osee Secundo attentos audientium

excitat cum dicitur Audite hoc senes
primo eos alloquitur eo quod sunt maioris
reuerencie et intelligencie et alios com-
muni dicitur Et auribus percipite omnes ha-
bitatores terre scilicet quod postea predicitur inu-
tatis Si factum est istud in diebus vestris aut in diebus
patrum vestrorum q. d. non qui id accipitur
pro non sed contra hoc uidetur cum
dicitur Exodi x. De locustis inductis
super terram egipti et sederunt in omni-
bus finibus eorum innumerabiles quales
ante illud tempus non fuerant nec postea
future sunt Ad hoc videtur Ra. sal.
Quod licet ipse locuste fuerint plures
et maiores quam iste tamen quatuor
plage sic hic posite scilicet eruca bruco
locusta rubigine simul sumpte sunt
maiores Et sic est dictum prophete intelli-
gendum quod quatuor tales pestes simili-
mo succedentes non fuerant temporibus
patrum Super hoc filiis vestris narra-
te etc. quia hoc prophetia est memorie
tenenda et per successiones generacionum
recolenda et hoc videmus impletum
non solum in iudeis sed etiam christianis
¶ Residuum Hic incipit tractatus
in quo propheta primo predicit desolacionem
Secundo promittit consolacionem ibi Nunc ergo
circa medium 2i capituli ¶ Circa pri-
mam partem considerandum quod de istis
quatuor plagis eruca bruco locusta
rubigine ¶ Dicunt expositores in
communiter quod non sunt res geste quia
quatuor libri regum et duo paralippo-
menon nullam faciunt de hoc men-
cionem sed est tantum parabola sicut cum

dicitur Judith iii Dixerunt lingua
adrampnum ut quia hec iniqua fuit
in rebus naturis sed per linguam intelliguntur
parabolice habitatores sichem per rap-
ina sub abymelech sic in proposito per
ista quatuor nomina hic posita scilicet eruca
etc. intelliguntur parabolice quatuor reges
sibi succedentes que iudeam corroserunt
et vastaverunt scilicet assiriorum caldeorum grecorum
et romanorum Regnum vero persarum et
medorum non sic legitur iudeam vas-
tasse quamvis plures reges fuerint iudeis
benivoli ut cyrus darius artaxer-
xes et assuerus Sed vero secundum commentatorem dicitur
quod alle est res gesta circa quod terra vastata
iudee sic quater fuit vastata et
ex hoc secuta est fames quam predixit
helyseus duraturam septem annis et ex
hoc videtur quod iste quatuor pestes
non fuerint in eodem anno sed in diversis
aliter non videtur quod fames tam diu
durasset propter sterilitatem cuiusque anni quod
aut parca subditur Gens enim ascendit
super terram quasi exponens parabolam premissa
de eruca bruco etc. Dicit quod eruca
brucus locusta et rubigo metha-
phorice gens fortis eo quod destruxerunt
terram ad modum predictis insectis et
sic exponit alia que sequuntur consimiliter
degentibus et predictis terram vasta-
tivis Sed utrumque dictum videtur deficere
hic primo quia sicut iam expressa mentio
de istis corrosionibus terre vastacionis
per erucam brucum etc. et de fame inde
sequente quod nullo modo videtur esse parabo-
la nec valet argumentum inductio

quia quarto Reg. helyseus prenunciavit hanc
sterilitatem licet non exprimat tamen quia ex-
primit aliquis propheta Sicut ozia rege thu-
rificante factus fuit terremotus magnus
in actum cuius mencione non facit iiii Reg.
sed solum de plaga lepre in facta ozie Sed
terremotus exprimitur amos primo et zach.
xiiii Similiter si inquantum ita sit expressa men-
cio degentibus terram vastantibus quod nullo
videtur propheta per hoc significare parabo-
lice corrosionem terre per erucam brucum
etc. maxime quia licet homines parabolice
nominibus aliud designentur Sicut con-
stans dicit leo et rapax lupus et
huiusmodi tamen non sic cum vermis et cetera insp-
tila scilicet bruta hiis nominibus homines vel
gentium designari Preter quod salvo meli-
ori iudicio videtur mihi quod ubi dicitur hic Re-
siduum est eruce etc. ad litteram Est simul parabola
et res gesta sicut Ieremie xxvii dicitur
quod portavit ligneas cathenas in collo
suo et sic fecit secundum rei veritatem et rem
gestam Per hoc enim designabatur eorum
cathenacionem populi in captivitate ducendi
sicut fuit postea impletum tempore sedechie
Sic in proposito secundum rem gestam fuerunt
quatuor destructiones terre vastatione per
erucam brucum etc. et per hoc designabatur
vastationes iudeorum future per quatuor
regna predicta Agitur secundum hanc
sententiam ~~predicta~~ et respondit huius capituli
Dividitur in duas partes quia primo propheta
predicit vastationem Secundo inducit ad
lamentacionem super plagam Prima adhuc
in duas quia primo ponit signa Secundo
res signatas ibi Gens enim signa

vos fuit quadruplex corrosio terre vaste-
tium ut dictum est que fuit res in se et figu-
ratum et quantum ad hoc dicit Residuum
eruce est autem eruca que comedit nascen-
tibus in olleribus Comedit locusta et cetera
Differunt autem locusta et bruchus sicut
perfectum et imperfectum in eadem specie sicut
enim locuste antequam habeat alas vocatur
bruchus Sed quando est allatus vocatur locusta
et residuum bruchi comedit rubigo autem
rubigo corruptio segetum que vento ure-
te percusse non faciunt granum et si
faciunt est vanum Expergiscimini ebrii
et adicite et conplorate omnes vos
matutinum et flete quia deficiet vobis
vinum in quo delectabimini ex predicta
corrosione ¶ Gens enim hic consequenter
ponitur reges figurata secundum vastatio iudee
per quatuor regna supradicta tunc dicit
Gens enim ascendit et ascendet et
loquitur de futuro per modum preteriti propter
propter certitudinem prophetie super terram
meam et iudeam que specialiter dicitur terra
domini eo quod vigebat cultus eius for-
tis et innumerabilis Talis enim fuit gens
assiriorum et caldeorum grecorum et ro-
manorum ut patet ex gestis eorum ¶ Dentes
eius et cetera In hoc designatur crudelitas
Posuit vineam meam in desertum
et cetera Iste enim exercitus in iudea vineas
exciderunt et arbores fructiferas
et eas per partes dolaverunt ad faciendum
machinamenta et alia exercitibus ne-
cessaria Vel aliter potest dici quod hic
accipitur vinea domini quantum ad populum
ostendit Secundum illud ysaie v. Vinea enim

domini exercituum domus israel est quam
domum isti exercitus spoliaverunt bonis
et afflixerunt in bonis ¶ Plange
hic consequenter propheta inducit populum ad
lamentationem et primo propter vastationem
primam et secundo secundam in principio tamen
secundi primam inducit qui primo inducit
ad fletum populum generaliter Secundo sacer-
dotes specialiter Accingite vos
Circa primum dicit plange quasi virgo
et cetera Virgo enim desponsa si moriatur
eius sponsus antequam fruatur eius amplex-
ibus habet materiam magni luctus Ideo
ponit hic hoc exemplo ad designandum
magnitudinem luctus imminentis Sub-
ditur periit sacrificium de qualibus
et terre vastantibus audies propheta dicit
Licet enim de terre vastantibus propheta
dicatur fieri oblatio tamen hic vocatur
sacrificium large loquendo et libatio
de liquidis ut vinum et oleum ¶ De
domo domini quia propter corrosionem
terre vastantium non habet unde talia pos-
sent fieri ¶ Luxerunt sacerdotes propter
defectum divini cultus et etiam sui victus
qui erat de decimis et oblationibus
¶ Depopulata est regio [illegible]
Luxit humus privata fructibus quoniam
devastatum est triticum et cetera per quatuor
plagas supradictas Confusi sunt
agricole frustrati spe sui laboris V-
lulaverunt vinitores sicut contrario
solent cantare in habundancia vin-
demie et ex hoc patet littera sequens

Accingite vos. Hic consequenter inducit sacerdotes specialiter ad lamentum dicens Accingite vos scilicet ciliciis in signum humiliacionis coram deo et subditur ea que inhibet de domo domini dei exponantur ut supra. Sanctificate ieiunium id est disponite vos ad devote abstinendum. Vocate cetum ut ex precibus multorum impetretur divina clementia. Et subditur et clamate ad dominum a a a. Quod in hebreo est una dictio et sonat sic ahi est interiectio dolentis quia prope est dies domini id est dies sue vindicte inferendo et non movebat populum ad dominum clamare ut saltem temperaret rigorem sue iustitie. Et quasi vastitas a potente veniet id est a deo cuius vindictam impedire non potest nisi per suam clementiam. Numquid non coram oculis vestris alimenta perierunt id est cito perient. De domo dei vestri letitia et exultatio quia levite non cantabant cantica letitie sed magis lamentationis propter vastitatem terre. Computruerunt iumenta in stercore suo quia propter sterilitatem terre non habebant sumenta ad sufficiendum eis. Demolita sunt horrea id est contenta in horreis. Dissipate sunt apotece id est consumpta sunt illa que erant reposita penitus. Quid ingemuit animal [illegible] rudet quia non est pascua eis et omnia eius carentia sunt corrupta. Ideo exclamat propheta dicens Ad te domine clamabo in oratione pro sublevatione nostre miserie quia ignis comedit speciosa deserti. Ignem autem et ignis flamma vocat ventum urentem segetes rubiginatem et etiam erucam bruchum et locustam que ex sua corrosione ita reddebat vegetabilia arida ac si ibi cucurrisset flamma. Sed et bestie agri et silvestres quasi area sitiens ymbrem id est desiderabant suspexerunt ad te propter lassitudinem. Ad sequitur quoniam exsiccati sunt fontes ex vehementia venti urentis siccitatem causantis.

Canite. Capitulum II.

Hic consequenter inducit prophetam ad lamentum pro vastatione terre fienda per quatuor regna supradicta dicens Canite tuba non cantum letitie sed tristis sequitur ululatus. Conturbentur omnes habitatores terre id est iudee. Quia veniet dies domini id est tempus sue ultionis. Quia prope est dies tenebrarum id est tempus multarum miseriarum et calamitatum et potissime huius loci in destructione prima templi per caldeos et secunda per romanos et mediis prophanatione per grecos quia antiochus abhominandum ydolum posuit in templo dei. In primo machabeorum capitulo. Quasi mane expansum. Mane est principium diei que cum incipit illucescere super terram statim expandit super terram totam ab oriente in occidente. Et in hac notat exercitum multitudine qui de quatuor regnis supradictis venerunt contra iudeam. Similis ei non fuit quia quilibet eorum in aliqua conditione excessit alios ut patet ex potentia assiriorum in cupiditate caldeorum in ferocitate grecorum in idolatria

plus enim nocuit iudeis hoc regnum
in dolo statu quam statu ut patet primo
et 2o macha. Romanorum in dominio statu quod
quod illud regnum vocat ferreum daniel
2 cap.? quia sicut ferrum domat omnia
Ita regnum romanorum domauit omnia
alia regna. Ante faciem eius ignis vo-
rans. Quia cum primo ingressi iudeam com-
burebant villas non clausas sufficientibus
inhabitatoribus. Et post eum exurens flam-
ma quia habita victoria comburebant ciui-
tates munitas et fortalicia et
maxime populus caldeorum et romanorum
qui combusserunt urbem et templum. Ut
ortus voluptatis terra coram eo. id est erat
pulchra et plena fructibus bonis an-
te aduentum cuiuslibet exercitus. Et post
eum solitudo deserti. quia in recessu
suo dimittebant terram vastatam
neque est qui effugiat eum. id est pauci po-
terant effugere quin ter? persequerentur. Ve
locitatem eorum sequitur. Quasi aspectus equorum
velociter currentium. et quasi equites
current. scilicet pedites sicut sonitus
quadrigarum. In hoc etiam notatur mul-
titudo aduersariorum. ex sonitu magno qui
causatur ex fragore armorum et incessu
[illegible]. Velud populus fortis preparatus
ad prelium. id est munitus omni genere ar-
morum. A facie eius cruciabuntur omnes
populi. ex solo aspectu omnes vultus redi-
gent in ollam. id est in olle nigredinem
ex anxietate et ex timore procedente
per omnia loca iudee. Sicut fortes cur-
rent. non impediti armorum ponderibus.

quasi viri bellatores. id est exercitati in
arte bellandi ascendent murum ad
ciuitates occupandum. Viri in viis
suis gradientur. id est acie ordinate
incedent quod non nimis separabuntur
ab inuicem nec nimis coniungentur. dicit
Vegetius libro de re militari quod
acies est optima dispositio bellantium
acies quod per nimiam separationem aduersarij
non ingrediantur aciem et per nimiam
coniunctionem vnus non impediat alium
ad aduersarios inuadendos. Et per
fenestras cadent et non demoli-
entur. id est si contingat eos per fe-
nestras domorum intrare eadem non
ledentur inde. Ihero.? tamen hic Mar-
inis? stabunt et utile non querent
id est non querent diuitias principaliter
sed interficere homines. Et hec? conde-
cet? verior littera quia defensores subditi
per fenestras intrabunt. Quasi fur. id est
cum latenter quod existentes intra
de defensione quod non ponunt prouidere.
A facie eius contremuit terra. id est ho-
mines intra habitantes moti sunt
celi. id est angeli qui sunt ciues celi.
Angeli enim ad custodiam diuersarum gen-
tium deputati pugnant ad inuicem
pro gentibus sue custodie commissis
ut hic. danielis x. Talia pugna ex-
ponit beatus dyonisius etiam de bonis
angelis. Tamen hec pugna est inter eos
sine aliqua discordia. Ut alibi idem
plenius fuit dictum et hec pugna
vocatur hic motio celorum. Sol et

luna obtenebrati sunt locutus est
metaphorice per quam intelligitur homo tri-
bulacio magna eo modo loquendi quo dicitur
eciam vulgariter tempus tribulacionis tempus
nubilosum et tenebrosum Unde dicit poeta
Dum fueris felix multos numerabis amicos
Tempora si fuerint nubila solus eris Quia
dominus dedit vocem suam ante exercitum
suum id est ante faciem exercitus sui eo quod
erant executores divine iusticie licet hoc
facerent iniqua voluntate ut frequenter
dictum est supra in ysaia et cetera quia multi
ta sunt nimis castra eius Quilibet
enim dictorum exercituum fuit valde magnus
in multitudine et fortitudine Magnus
enim dies domini scilicet in ostensione sue ani-
dictive Unde subditur et quis sustinebit
eum quasi dicat propheta nemo poterimus sustinere et
hoc maiore innuitur et templi de-
structione primo per caldeos 2o per romanos
¶ Nunc ergo postquam propheta predixit
de desolacione hic incipit denunciare con-
solacionem et quia actus activorum sunt
in paciente et disposito Ideo primo inducit
populum ad debitam disposicionem 2o denun-
ciat divinam consolacionem ibi zelatus est De-
bita vero disposicio ad percipiendum divine con-
solacionis ubertatem penitencie et contricionis
Matthei Beati qui lugent quoniam ipsi
consolabuntur Ideo dicit in persona
domini Convertimini ad me in toto corde vestro
vivaciter et integraliter in ieiunio
ut carnem affligendo spiritus ad
deum elevet Et scindite corda vestra
malas cogitaciones rescindendo et

non vestimenta quod faciebant in tribu-
lacionibus ut patet in pluribus locis
veteris ac novi testamenti sed hoc parum
valet aut nichil nisi assit scissio
cordis ideo dicto et convertimini addidit
eius in fletu in plorando quia benignus
in effectu et misericors in affectu dicitur
enim misericors qui miseriam alterius ac-
cipit cordi ad relevandum paciens pec-
catorum conversionem expectando et multe
misericordie contra condignum puniendo et
prestabilis peccata condonando Quis
scit si convertatur et cognoscat Spiritus
enim sanctus tangit corda prophetarum secundum
suum arbitrium plus et minus Et ideo
aliquando denunciat per eos penas futuras
et licet nec sint eis per talis revela-
cio adeo ut adhuc ignorant aliquando utrum
sit prophecia predestinacionis que semper
impletur vel solum comminacionis que propter
penitenciam impeditur Sicut Jonas dixit
adhuc xl dies et ninive subvertetur
et tunc ignoravit quod hoc esset impediendum
per penitenciam ninivitarum Et sic iste propheta
de plagis supra positis ignorabat et
ideo dixit istud Quis scit Et non dicit
in persona domini qui certitudinaliter cog-
noscit omnia futura sed in persona prophete
Et relinquat post se benediccionem id est gra-
ciam cum beneficiis temporalibus et spiritualibus
sacrificium et libamen domino deo vestro sub-
intelligitur fiat ad placandum eius iram
Canite tuba in syon ad populi convocacionem
Sanctificate ieiunium per carnis mortificacionem
Vocate cetum id est homines Congregate

sexus et etatis ut ex omni affectione
tinus placetur deus Et hoc modo fe-
cerunt niniuite Ione iij · Egrediatur
sponsus etc quasi d. non est tempus Vo-
candi amplexibus sed luctibus Inter
uestibulum scilicet templi et altare holocaus-
ti plorabant sacerdotes cum lacrimis et
deuote deprecantes parce domine parce populo tuo a
pena quam demeruit pro suo peccato et ne
des hereditatem tuam i. iudeam que dicitur
dei hereditas ratione supradicta cum o. 3o
In obprobrium scilicet serviendi gentibus
alienis Idio subdit Ut dominentur eis
naciones Et hoc patet quod supradictum
est scilicet quod Iohel non solum comminatur de
uastatione terre per erucam et bruchum etc
Ut dicit Ra. sa. quia non homines domini sed
homines sed etiam deuastationibus fu-
turis per regna quatuor supradicta
que successiue acciperunt dominium in
iudea Quare dicunt in populis ubi est deus
eorum Sic enim dixerunt gentiles post de-
uastationem iudeorum irrisiue in si-
muantes quod deus eorum non poterat
eos saluare Zelatus est hic co-
sequenter propheta predicit diuina conso-
latione et primo quantum ad multiplicationem
in bonis Secundo quantum ad ablationem demi-
nutionis cum iij b [illegible] in primam
duas quia primo promittit bona tempora-
lia Secundo spiritualia ut ex sensibilibus
ad intelligibilia deducantur Circa primum et
cetera Circa primum primo comminatione terre
uastationem per erucam etc Deinde
fertilitatem fructuum loquens in persona

domini dicens Ecce ego mittam uobis
frumentum etc Dicit enim Ra. sa. quod post
illam famem que fuit tempore ioram [illegible]
cuta est eum fertilitas magna ita quod
mulier que cum filio peregrinata fuit
in terram philistinorum de consilio heli-
sei reuersa fuit unde fame suffocata
iiij R. viij Et non dabo uos ultra obprobrium
ultra in gentibus Tempore enim illius fa-
mis multi tagebant contra de terra
et sustinuerunt obprobria in terra aliena
Sciendum tamen quod per istud ultra non
intelligitur perpetuitas sed aliquod temporis
longitudo sicut diffusius fuit dictum
super illud ysa ij Non leuabit gens
contra gentem gladium · nec exercebuntur
ultra ad prelium Et eum qui ab aquilone
est procul faciam i. regem assiriorum
Ut dicit aliquis diuina tempore ezechie
fugit confusibiliter de iudea iiij re-
gum xix Ra. sa. hoc exponit de terri-
bilium predictarum scilicet eruce bruchi et
locustarum etc et hoc magis con-
sonat littere sequenti cum dicit Et expel-
lam eum in terram inuiam et desertam
Ubi non est habitatio hominum Bestiis
enim fugientes redijt in terram suam ab
hominibus habitatam Faciem eius con-
tra mare orientale Istud est mare mor-
tuum quod tendit ad orientalem angulum
terre promissionis exceptis desertum e-
gypti Et per hoc insinuat quod re
cetera eruce et locustarum non intraret
iudeam ex quo prima pars heret

a spectu ad extremu angulu iude
Et extremu eius ad mare nouissim
s. magis elongabitur a terra cora
quam pars prima Et ascendet fetor
eius Quia qn talia aialia moriunt
in magna multitudine de putrefac-
tione surgit magnus fetor et aeris
corruptio Sicut dicit Jo. in se incidis
se in terra alla et ex hoc patet
q hic scriptura no loquit de corpora-
li seminatione ab angelo percussio
vt hr iiij Reg xix Quia alla
percussio fuit talis q corpa fuit
inmiuerata sibi uestibus et ar-
mis De talibus aut non as-
cendit fetor Quia superbe egit
per hoc arguunt alij ad contrariu
s. q intelligatur de exercitu semia
chab quia superbia in bruto et
locusta non hr locu Ad q dicendu
q licet virtutes et vicia non
sint in brutis pprie sunt tn lode
large sicut agnus dicit man-
suetus vulpis dolosus et equs
recalcitrans et superbus Et
hoc mo dicit decetui locustaz
q superbe egit q excessit inor-
risione terre nascentiu Consequenter co
solatur habitatores terre dicens Noli
timere terra et etia bruta aialia
de terre nascentiu habundancia
vt patet littera Et filij syon ex
ultate mo per dissolutione sz
p deuotoz ad subdit In dno
deo quia dedit vobis doctore
iusticie s. doctores accipiendo singu-
lare pro plurali Sicut ex° xviij Venit
musca grauissima Et ut dicit Rasi.
Per hoc intelligunt pphe illius tpis
plin renotantes ad bonu sz iohel et
alij pphe contempanei sz helizeus io-
nas et plures alias sm Ra. si. Quia
qdam Iohel pphauit tardius et sic conte-
panei fuit sibi osee ysaias et ceti illius
tpis In precedentibus tn sentus sic dem
ra si. qui videtur in qbus dixi pbabilius
sicut tetigi in principio huius pphe Et
descendere faciat ad uos ymbre semida-
tori terre quouiscunque sicut in principio s. an-
tiqua terra fiet sitilis per corrosione eruce
bruci locuste et rubiginis Et reddam
vobis annos quos comedit locusta s.
tanta est fertilitas q recompensabit qd
fuit per corrosioni Fortitudo mea q. d.
illa corrosio fuit facta ex ordine diuine iu-
sticie mee et no locustaz virtute et
laudabitis nome dni dei vri eo q red-
didit vobis fertilitate vltra spem hmoi
et no confundet pplus meus ex simili
sterilitate in sempiternu In hebreo hr
in seculu quia no importat ppetuitate
sed tpus usq ad annu iubileu etiam
si iubileus non differt p multos annos
et sic et p experientia boni aime tollit
et no confundet pplus meus In etiam
In hebreo hr in perpetuu

Et erit post hec Hic incipit ca-
pitulum in hebreo Signatio
ista capitulorum in biblijs nris
e frequenter defectiua quia fre

non sequitur signatione hebraica nec
concordat ut patet in antiquis bibliis secundum
eorum signatis predicta. quod autem dominus mandat
prophetia propter multiplicationem in bonis tempora-
libus, fuit quia apud eosdem dominabatur in tempora-
libus. Et quia vetus testamentum promitte-
bat temporalia, Ysaie primo: Si audieritis
me bona terre comedetis. Novum autem
spiritualia, Matthei iii: Penitentiam agite ap-
propinquabit enim regnum celorum. Ideo precedens
promissio de temporalibus fuit impleta tempore
veteris testamenti ut predictum est. ista
in tempore novi. Et videbitur scilicet et
raba salomon dicit hic quod istud est referendum ad
tempus futurum per quod intelligit tempus messie
sic quod dicit ad huc venturum eo quod in
tempore eius dabitur habundanter spiritus
sanctus quantum ad donum prophetie et ad alia mira-
mirabilia et quod congregabit omnes iudeos
per orbem dispersos subiugabit eis
omnes nationes terre. Et ad hanc sententiam
applicat communiter litteram usque ad
finem huius prophetie propter quod aliqui expositores
nostri exponentes hunc passum de
reditu captivitatis babilonice quo
tempore datus fuit spiritus prophetie esdre et
zacharie magis iudaizant quam ad hoc quod
ipse dimittamus agitur, dicit [illegible] Raba salomon quantum
ad id quod est falsitatis scilicet quod christus sit ven-
turus et quedam alia que ad hoc continet et
accipiamus illud quod est veritatis scilicet quod passus
iste ad tempus christi est referendus. Et secundum hoc
pars ista in duas partes dividitur quia primo
ponitur illud quod est impletum iam in adventu
christi, secundo quod restat implendum in

adventu secundo ibi: et dabo prodigia. Circa
primum sciendum quod hanc scripturam alle-
gat petrus apostolus actuum ii° tamquam
impletam ad litteram a catholicis ut
videtur et secundum hoc dicitur: et erit
post hec scilicet post tempus veteris testamenti:
Effundam spiritum meum super omnem car-
nem, quod exponit Raba salomon sic, id est super
omnem hominem cuius cor est tenerum
ad modum carnis, id est non obstinatum in
peccatis, et secundum hoc dicitur Ezechielis xx-
xvi: Auferam cor lapideum de car-
ne vestra et dabo vobis cor carne-
um, id est per devotionem dispositum ad gratiam
spiritus sancti. Et talia erant apostolorum
apostolorum aliorum et discipulorum corda.
Vel aliter potest exponi: Super
omnem carnem, id est super iudeos et
gentiles indifferenter secundum quod habetur actuum
decimo propter quod [illegible] Non
est distinctio iudei et greci, nam idem
dominus omnium dives in omnes qui invo-
cant eum habundanter eis dando
spiritum sanctum. Et prophetabunt filii
vestri et filie vestre, id est indifferenter
dabitur spiritus sanctus utrique
sexui vestri, et in die pentecostes
inter apostolos erant mulieres secundum
quod dicitur actuum ii° hii erant per-
severantes unanimiter in oratione cum
mulieribus devotis et Maria matre
ihesu et statim subditur de spiritus
sancti descensu et cum complerentur
dies penthecostes. Actuum etiam xxi
dicitur: Erant autem philippo quattuor
filie virgines prophetantes. Ju-

uenes vestri id est a hominibus singularis
etatis dabitur spiritus prophetie sompnia
sompniabunt id est revelaciones divinas
in sompniis habebunt ad quas dicte
magis disposita propter abstraccionem
ab exterioribus sensibus Ut plenius dicitur
in principio libri psalmorum Sed et
super servos meos Similiter sub prin-
cipio enim eciam omnibus baptizatis
dabatur spiritus sanctus in signo visibili per
imposicionem manuum apostolorum ut patet
actuum viii et in pluribus aliis locis
et adhuc omnibus baptizatis si digne
ponat datur gracia spiritus sancti licet
non in signo visibili Et dabo hic
tantum ponitur quod restat adimple-
dum circa secundum Christi adventum Aliqui tamen
exponunt tamquam impletum in primo
adventu Sed non videtur michi quod littera
bene concordet propter quod reducendum est
magis ad tempus secundi adventus Circa
quod sciendum quod ascendente Christo in celum
angeli apparentes denunciaverunt
eius adventum ad iudicium dicentes Actuum
primo Hic Jhesus qui assumptus est
a vobis in celum sic veniet scilicet ad iu-
dicium Ut exponunt omnes doctores
sancti Dato eis spiritu sancto in
signo visibili fuit manifestacio quod
ad dexteram patris glorificatus Secundum
quod dicitur Johannis vii Non dum erat
spiritus datus quia non dum erat Jhesus
glorificatus Et ideo sicut angeli Christo
ascendente denunciaverunt adventum eius
ad iudicium Sic Johel propheta denun-

ciat futuram in missione spiritus sancti in
signo visibili Statim denunciavit tempus
futurum iudicii Et dividitur in duas partes quia
primo ponuntur signa precedencia iudicium
secundo iudicii consequencia ibi Quia ecce Circa
primum dicit Et dabo prodigia etc. Constat
signa sensibilia adventum iudicis precedencia
plenius expressius dicitur de quibus habetur xxiiii
Et marci xiii et luce xxi Erunt signa
in sole et luna et stellis etc. Sanguinem
quia ante adventum Christi ad iudicium erit per
seductorem antichristi qui effundet sanguinis
innocencium Et ignis scilicet conflagracionis
precedentis adventum iudicis Sol convertetur
in tenebras non secundum rem sed secundum ap-
parenciam quia abscondet eius lumen et
luna in sanguinem similiter secundum appa-
renciam sicut cum patitur eclipsim et ru-
bea videtur Antequam veniet dies domini
id est sui iudicii magnus quia omnes sibi com-
parebunt Et horribilis scilicet peccatoribus
et impiis actuum ii Sic allegat petrus
magnus et manifestus quia manifesta
erunt abscondita cordium Et erit non
tempore iudicii sed ante quia hic enim frequenter
de uno tempore transeunt ad aliud Omnis
qui invocaverit nomen domini salvus erit dicitur
Ro x Corde enim creditur ad iusticiam
ore autem fit confessio ad salutem Quia
in monte Syon et in Jerusalem erit salvacio
Ubi enim salvator noster operatus est ad
salutem per suam predicacionem et benedictam
passionem Potest eciam hoc referri ad
futurum quia tempus antichristi quando dominus Jhesus
interficiet in monte oliveti in tentorio
cum magna parte sibi adherencium Et

sit fidelibus nomen eius invocantibus
dicto meo est salvatus a persecutione
eius Et in residuis id est in aliis qui dece-
pti ab antichristo qui tunc convertentur ad christum
Ca. iii ¶ Quia ecce. Hic continet ponit iudi-
cii extremi tam de quibus dictum est aliis a tem-
pore antichristi persecutionem Cum convertero cap-
tivitatem iuda et ierusalem id est iudeos ab an-
tichristo deceptos quia detecta eius falsi-
tate per helyam et enoch ad christum fer-
vide convertentur Congregabo omnes
gentes in generali iudicio et deducam
eos in vallem iosaphat qui est iuxta
montem oliveti et ierusalem non quod omnes
ibi capiantur sed quia christus descendens
ad iudicium apparebit in aere super
montem oliveti unde ascendit in celum
et iudicandi apparebunt circa altum locum
circa quod aliqui erant in valle iosaphat
et alii circa Et disceptabo ibi cum eis id est
ostendam iudicium meum iustum quia tunc
manifestabuntur omnibus merita et de-
merita omnium et sic aperte ad electos et re-
probos apparebit omnibus esse iudicium
dei iustum Super populo meo et hereditate
mea israel ista hereditas est communiter
ecclesia seu congregatio fidelium a primo
iusto usque ad ultimum electum qui in
fine mundi nasciturus est Ut dicit
gregorius omnes enim Quos disper-
serunt in nationibus captivando in
exilium mittendo Sicut patet specialiter per
de christianis per tyrannos in exilium et
captivitatem multotiens et multipliciter
missis Et terram meam diviserunt

scilicet terram promissionis quam sarraceni
diviserunt sibi christianis inde partim
eiectis et partim occisis Et super
populum meum miserunt sortem ut acci-
peret sibi partes de mancipiis Et
posuerunt puerum in prostibulo abutentes
pulcris iuvenibus maxime contra
naturam in hebreo autem habetur Et
posuerunt pueros pro expensis Et acci-
hit puerum quod pueros amplicali fre-
quenter enim legitur iuvenes christianos ab
infidelibus venditi ut inde reciperet
pecuniam Et puellam id est puellas
vendiderunt pro vino id est ut de precio
haberent vinum et alia victui necessa-
ria Sciendum tamen quod non solum pro
istis peccatis condempnabuntur
impii in ultimo iudicio sed pro omnibus
aliis ista tamen specialiter exprimuntur
quia sunt contra naturalem compassionem
que inter omnes homines debet esse
Illa enim que sunt eiusdem speciei natu-
raliter compatiuntur adinvicem et hoc ideo
dicit christus salvator loquens de condemp-
natione impiorum et remuneratione
iustorum solum facit mentionem de operibus
pietatis et eorum contrariis quamvis
futurum sit communiter pro omnibus
operibus bonis et malis ¶ Verum
supra prophetia denuntiavit multipli-
catione in bonis hic autem denun-
ciat determinate ultione Et dividitur
in duas quia primo denuntiat hec
ultio secundo mundi consummatio ibi Con-
surgam prima adhuc in duas quia primo
denuntiat quedam ultio implenda

tempore veteris testamenti Secundo alia tempore
novi Sicut dictum est supra de duplici
contemplatione boni quantum ad clamate ¶
Circa primum sciendum quod tirij et sidonij
et philistei erant iudeorum vicini et ideo
quod debebant eorum miserie compati et
ipsi fuerunt magis crudeles et regibus assi-
riorum et caldeorum venerunt contra eos
et excitaverunt propter quod de eorum punitione
fit hic mentio cum dicitur in persona domini
Verum quid michi et vobis etc. ¶ Dicit autem
deus se persecutionem pati in populo isra-
el ratione aliquorum bonorum qui tunc ma-
lis affligebantur et quia licet iudei
meruissent captivari et affligi tamen
isti iniqua voluntate exequebantur
Nunquid vos ultionem reddetis mihi q.d.
non quia vobis non nocui sed bene-
feci et si ulciscimini scilicet intentione
vestram malam cito velociter reddam
vicissitudinem id est debitam penam quia
eum populus post captivitatem iudeorum satis
cito fuerunt debellati et captivati Ar-
gentum autem meum et aurum tulistis scilicet in
destructione eius civitatis et iudei isti ha-
buerunt partem in preda Et desiderabilia
mea et pulcherrima id est ornamenta meo
cultui deputata Intulistis in delubra
vestra ad ornandum loca ydolorum Et
filios iuda etc. quia partem suam de
mancipijs vendiderunt gentis grecorum
qui permare portaverunt eos longe
Ecce ego suscitabo eos etc. Quod fuit
impletum tempore tyri qui dedit licentia
iudeis redeundi et ad hoc exequendum
misit nuncios et litteras per totum im-
perium suum in qua erant loca supradicta alia
atque civitates grecorum duxerunt ad venden-
dum dicta mancipia ¶ Et convertam retributionem
vestram in ferendo vobis similem penam et
vendam filios vestros in servos et filias
vestras in ancillas in manibus filiorum
iuda etc. in manibus eorum Quod dicunt aliqui
impletum fuisse in reversione de babilo-
nica captivitate quia secum adduxerunt
de babilonia plures gentiles et illos postea
vendiderunt ¶ Sed hoc non videtur conve-
nienter dictum quia gentiles qui vene-
runt cum eis de babilone venerunt vo-
luntarie saltem pro maiori parte et erant
ad iudaismum conversi sicut dictum fuit
primo esdre Postea illi erant babi-
lonij et non tirij sidonij et philis-
tei ¶ De quibus hic agitur Et ideo
videtur melius dicendum hoc fuisse
perfecte impletum tempore machabeorum qui
pugnantes contra duces antiochi fre-
quenter eos debellaverunt et multa man-
cipia inde vendiderunt interque predicta
fuerunt de istis locis Unde inter duces
debellatos a iudeis ponitur tolebeus
dux maritimus tyrus autem sydon et
philistea sunt loca maritima ¶
Clamate Hic ponitur alia ultio im-
plenda tempore novi testamenti et dicunt
aliqui quod erit ultio finalis iudicij sed
videtur littera dissonare quia videtur
dicit hic ¶ Sanctificate bellum suscitate
robustos quod in finali iudicio non con-
gregabuntur homines ad bellandum sed

ad penas et p̄mia recipiendū. Et ideo
videtur m̄ q̄ quenientius p̄t expom
de persecutiōe qui violencia armo℞ do-
nabitur totaliter transferre ad se dei
cultū ij ad thessa ij Ostendēs se tamq̄
sit deus et s̄cdm̄ hoc dicit clamate in
gentibus et clamabitis nos antixp̄i
ministri sanctificate bellū et confirmate
contra colentes deū In hebreo h̄t p̄pa
rate bellū Vnū enī hebraycū h̄t pari-
ter ē ad p̄parare et sanctificare fusti
tate robustos ut adhereāt antixpo
Concidite aratra vr̄a in gladios et ar-
cupatores alias dimittite et adherē-
te In sermis dicat ego miles sū et po-
tuisē quī ei obediat in p̄parationē
persecutoe Erumpite et venite
cū magno impetu et congregamini
ad antixp̄m et potissime in iherlm̄ V
ostendet se tamquā sit deus ij ad thes-
sa ij Ibi omnibus faciet dn̄s robustos
suos interfectos antixp̄m et maiore
p̄tem sibi adhesiturā ¶ Consur-
gant h̄t consequenter describitur consu-
matio que sequetur dictā persecutoz
Et diuiditur in duas p̄tes quia p̄mo
describitur finale iudiciū ut addant
aliqua que sūt sup̄ omissa et s̄co
pene et p̄mia ibi et strictis ¶ Circa
p̄mū dicitur Consurgant et ascen-
dant gentes s. de sepulcris suis per
generalem resurrectioē In valle Iosa-
phat Circa enī illud locū erit iudiciū
ut predictū ē mittite falces v[...]
mittetis et hoc dicitur angelis
qui erunt executores diuine iustitie Qm̄

q̄ dr̄ ap̄c xiiij messis nō consū-
mato seculi est messores aūt an-
geli Qm̄ maturuit messis i.
venit tp̄us reddendi penas et
p̄mia p̄mittis Venite et descen-
dite messis ad iudiciū tuū cū ven-
turus ē cū angelis Quia plenū
ē torcular Repetito ē eiusdē ad
maiorē expressione quia q̄ signi-
ficauit per messem hic signat p̄
vindemiā quia multiplicata est
ē malicia eo℞ q. d. pena nō est
amplius differenda p̄pli p̄pli in ual-
le concisionis apparente enī clari-
tate iudicis obscurabit claritas
luminariū ad p̄ncia malis sūis Et
dn̄s de syon rugiet contra impios
sentenciā p̄ferendo eo q̄ locus iudi-
cij erit ī ut predictū ē et mouebūr
celi ad receptione iusto℞ et terra
ad receptione reprobo℞ quia locus
achonne sub terra dr̄ ee Et dn̄s spes
p̄pli sui quia tunc videbit dei filius
q̄ nō ē sua spe fraudatus ¶ Et
strictis h̄t consequenter describit pe-
ne iudiciū generale sequentia et p̄o
p̄mia cū dicit Et strictis nos iusti
quia ego dn̄s deus vr̄ videntes
me facie ad faciem h̄itās in syon
s. celesti De qua dicit ap̄lus heb.
xij accessistis ad syon montem et
ciuitatem dei viuentis ierlm̄ celes-
tem De qua subditur Et erit ierlm̄
sancta et alieni nō p̄transibunt
per eam amplius i. reprobi non

Dederlm̄ dabit vocē suā iustis dicendo ve-
nite bndī p̄ris mei etc. et dr̄ h̄ic de syon
ierlm̄

non erunt amplius commixti cum iustis
sicut fuit in ecclesia presenti et mili-
tante eciam que eciam ecclesia dicitur in
scriptura. Et erit in die illa stillabunt
montes dulcedinem etc. Per istam in-
telligitur suavitas que est in celesti
patria sicut frequenter in pluribus locis
veteris ac novi testamenti fruicio beata
per sensibilia delectabilia methaforice
designatur. Et fons de domo domini egre-
dietur i. plenitudo beatitudinis signifi-
cata nomine fontis et irrigabit tor-
rentem spinarum i. illos qui in presenti
vita ad modum spinarum fuerunt a rebus
peccatorum delectabilium et propter
hoc in hebreo habetur Et irrigabit
torrentem sethim et per hoc potest
intelligi sanctorum corpora que tunc erunt
incorruptibilia sicut et ligna sethim
imputribilia et hoc erit quia beatitudo
anime redundabit ad corpora. Conse-
quenter agitur de pena reproborum cum dicitur
Egiptus in desolacionem erit et ydu-
mea in desertum perdicionis scilicet in-
fernalis. Et per istas duas gen-
tes intelliguntur generaliter omnes
peccatores. Isti tamen specialiter ex-
primuntur quia egiptus filios israel in
aque oppressit. Esau a quo descen-
dit ydumea fratrem suum iacob in morte
persecutus fuit. In causa vero dampnacionis
reproborum exprimitur specialiter peccata
crudelitatis ut predictum est de subdi-
tis eo quod inique egerunt etc. Subintelli-
gitur cum omnia peccata alia. || Conter-

retribuit ad primum utrorumque dictorum. Et iudea
in eternum habitabit sicut supra per ierusalem
et syon methaforice intelligitur civitas
civium celestium. Ita hic per iudeam terra vi-
ventium. Sicut ps. xxvij Credidi videre bona (?) sal-
vabitur iuda intelligitur omnis confitens
deum corde et ore et operibus secundum modum
hebreorum antiquorum ut ostensum fuit ab(?)
Sic in proposito per iudeam que interpretatur
confessio intelligitur patria celestis ubi e-
rit confessio divine laudis ps. lxxxiij
Beati qui habitant in domo tua domine etc. In
generacionem et generacionem i. sine fine. Et
mundabo sanguinem eorum quia de iniusti cum
iusti affliguntur in presenti aliter ab hominibus
bona sensibilia attendentibus quorum est
maior numerus secundum illud eccl. primo Stul-
torum infinitus est numerus reputantur deo
odiosi et sic iniusti. Sed in beatitudine
celesti declarabitur eorum iusticia et secundum
hoc dicit dominus Et mundabo sanguinem eorum
i. illos tunc fuisse mundos ostendam. Quem
non mundaveram i. quorum mundiciam non
declaraveram in presenti vita hominibus tantum
attendentibus sensibilia bona. Et
dominus commorabitur in syon scilicet celesti
ubi clare presencie videbitur et a sanctis
propria voluntate habebitur ad fruen-
dum. Ad quam fruicionem nos perducat
qui cum patre et spiritu sancto vivit et reg-
nat in secula seculorum. Amen amen

Explicit postilla magistri nicolai de li-
ra super iohel prophetam

Incipit amos propheta capitulum primum